Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35459
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me di
cent omnes generationes. Quia fecit michi
magna qui potens est: et sanctum nomen
eius. Et misericordia eius a progenie in
progenies: timentibus eum. Fecit poten-
ciam in brachio suo: dispersit superbos
mente cordis sui. Deposuit potentes de se-
de: et exaltauit humiles. Esurientes im-
pleuit bonis: et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum: recordatus mi-
sericordie sue. Sicut locutus est ad patres
nostros: abraham et semini eius in secula.
Mansit autem maria cum illa quasi men-
sibus tribus: et reuersa est in domum suam.

In Assumpcione s. marie s.

In illo tempore: intra S. Lucam
uit ihesus in quoddam castel-
lum: et mulier quedam mar-
tha nomine excepit illum in